



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 12. Conventus Ratisbonensis ad acceptandam Cleri emendationem a
Legato habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæc. XVI.

A.C. 1524.

Cochl. l. cit.

p. 93.

Raynald.

1524. n. 40.

Et 8

Pallavic. hist.

Trid. l. 2

cap. 10 p. 180

rium contradictioni obnoxium erat: nam querebantur de illo aperte Legatus, atque summus Pontifex, ipse etiam Lutherus illud, quamvis causæ suæ favore videretur, omnino iniquum esse censebat, quapropter libero furens clamore contra Principes libellum edidit, in quo ostendere conabatur, quod edicti hujus Architecti sibimetipsis palam contradicant, eorumque doctrina una alteram evertat. *Præcipitur enim, inquit Lutherus, in Conventu Norimbergensi, ut mecum tanquam cum Hæretico agatur juxta Wormatiense edictum, contrarium nihilominus mandatum recipiatur, ut in futuro Spirensi conventu primum tractetur, quidnam boni & mali sit in doctrina mea; si autem mea doctrina primum examinari debet, cur me tanquam Hæreticum condemnant?*

§. XII.

Conventus Ratisbonensis ad acceptandam Cleri emendationem a Legato habitus.

Pallav. p. 184

Cochl. p. 97.

Rayn. n. 23.

Legatus ad singula edicti capita respondens, ostendit, per summum nefas a profanis sacra attrectari, dum fidei dogmata atque doctrinas in controversiam adduci ac decidi juberent: Cum vero oleum & operam se perdere cerneret, Ferdinandum Archiducem Cælaris

faris fratrem, ambos Bavariae Duces, Sæcul. XVI:
A.C. 1524.
 Archiepiscopum Salisburgensem, Tri-
 dentinum & Ratisbonensem Episcopos,
 atque aliorum novem Præfulum Depu-
 tatos, quos omnes Curiae Romanæ ma-
 gis addictos censebat, accessit, eisque
 auctor extitit, ut juncta cum eo opera
 alium Conventum in quodam Germa-
 niæ loco celebrarent. Seligebatur er-
 go urbs Ratisbonensis, in qua omnes
 die sexta Julii convenere, ac decretum
 ediderunt, quo ante omnia præceptum,
 ut Wormatiense edictum unacum arti-
 culis, quos ibidem sanxerunt, execu-
 tioni daretur.

§. XIII.

*Articuli in Ratisbonensi conventu
conditi.*

Postera die septima Julii Cardinalis Raynal. n. 26
Labb. Coll. 1
Conc. to. 14.
p. 412. Et seq.
 Legatus emendationem Cleri pro-
 mulgavit, qua ejus decreta unanimi
 consensu approbata fuere, ac quivis eo-
 rum observantiam in sua Diœcesi vel di-
 ctione toto studio urgere pollicebatur.
 Instruebantur illa ad normam Synodica-
 rum Constitutionum, quibus etiam præ-
 fatio addebatur, in qua Legatus ita dis-
 serebat, *Censuimus non parum momenti fore
 extirpandæ hæreticorum Lutheranorum,
 eorumque sequacium sectæ, ut Clerici ad ho-*